Vc
5088

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0002-4

Qk. 40,6.
Vc 5088

In

Felix Puerperium

Illuſtriſſimæ Principiſſæ ac Dominæ,

Dominæ

# MAGDALENÆ SIBYLLÆ,

*Duciſſæ Juliæ, Cliviæ ac Montium, natæ Marchioniſſæ Brandenburgenſis & Duciſſæ Pruſſiæ, &c.*

Illuſtriſſimi Principis ac Domini,

Domini

# JOHANNIS GEORGII, IIdi,

*Ducis Juliæ, Cliviæ ac Montium, &c.*

*Conjugis dilectiſſimæ,*

Ad Sereniſſimum Illuſtriſſimosq; Avum & Parentes

*Votiva vox & Sermo*

*Eorundem Seren. & Illuſtriſſ. Celſit. Clientis infimi*

**Gottfriedt Finckelthauſens/** *Lipſ.*

*J. U. C.*

*Dictus Feriis Johanneis. Anni 1647.*

---

*Dreſdæ, Typis Bergenianis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0003-9

Sereniſſime, Illuſtriſſimiq́;

# ELECTOR & PRINCIPES:

*Dolorum ex Regio funere acerbitatem duplex excipit gaudium. Unum veſtrorum Nominalium Feſtorum felix recurſus: alterum novellæ Prolis Maſculæ Partus incolumis. Debuiſſem utiq́; Iſtum ſolenni applauſu devotoq́; voto proſequi: At verò cum nuperiùs perpaucis retroactis hebdomadibus Luces veſtras Natales paupercula Muſa noſtra exceperit, nolui hoc idem bis coctum palatis veſtris apponere, hocq́; genus materiæ venuſtioris Venæ artificio, quam ſibi perſuadet alius quispiam, committendum exiſtimavi. Nunc verò, Benignisſimi Principes, alium hunc Ingenij fœtum, cum alterâ genialis veſtri gaudii parte natum, edo, Vobisq́; ſacrum ſiſto: Quem ne auguſtisſimæ clientelæ veſtræ includere, Veſtrumq́; Oratorem, ſi meretur, ex ſuo pulvere Regiâ Manu & Gratiâ elevare dedignemini, ſubmiſſe rogat & expectat*

*V. V. Seren. & Illuſtriſſ.*
*Celſitudinum*

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

*perpetuò devotus*

Gottfriedt Finckelthaus/
J. U. C.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0004-4

# Trinum Feliciter!

SI, QUANTA DUCISSÆ NOSTRÆ Puerperium Aulam hanc & Urbem cum totâ Saxoniâ per hoſce dies lætitiâ implevit, tanta mihi nunc Rhetorum Eloquentia ſit, certè vel ipſius diſertiſſimi Tullij copioſam vincerem facundiam. Sed cum noſtræ mediocritatis non ſit ad tanti gaudij argumentum condignum quid afferre, devotionis ſaltem & publicæ feſtivitatis Lex eſt, non tacere. Enimverò ſicut in humani generis conſervationem, poſtquam æternitas ejus mortalitate damnata eſt, matrimonia non caſu cœco, ſed divino conſilio deſtinari: hîc verò conſummari feruntur: Ita providentiſſima Cœli cura non communem partum gubernandi Imperij certiſſimum conſtituit ſucceſſorem: adeò ut anguſta nimis ſint eorum judicia, qui ſummo loco naſci fortuitum quaſi quoddam judicant: cum feliciſſimis exemplis ſatis conſtet, ſummo Dei beneficio ad Reipublicæ regenda ſceptra illuſtres excitari & propagari Familias, quas ut reliquis mortalibus eminere voluit Divina Majeſtas: ita ſecretiſſimâ Virtutum diſpenſatione â teneris ad ſuſtinendum hoc incubiturum onus inſtruit. Eapropter non injuriâ Iſti bono, â Cælo hactenùs Domui Saxonicæ da-

*to, thori connumeramus fœcunditatem, & lætiſſimam præprimis ex eâdem maſculorum progeniem, unde Saxonum tot ingentes Animæ, afflictæ noſtræ cauſæ Præſides, prodierunt: Qui & illam celebratiſſimorum Heroum ſeriem, ut numeri ſic virtutis, ex centuriis in Legiones abituram haud ineptè ominamur. Non poſſunt enim non Tanti Majores in iis, qui gignendi ab illis ſunt, ſupereſſe, ſeu ob Naturæ vim, quæ ſemini Eorum, qui ſuprà cæteros ut Sceptris ita Animis excellunt, ſumma eſt impreſſa: ſeu propter Exempla, Præcepta totidem & annales, in quibus non ſecùs, ac inter nutricum ubera Alumni Principum educantur. Maternum lac ab aliis, ab His Reges Principesve imbibuntur, & inter ipſa crepundia non tàm ludere diſcunt, quàm imperare. Amant alij ſuos Patres, hi imitantur etiam.*

*Quocircà cùm denuò Illuſtriſsimum Principem ac Dominum, Dominum* Johannem Georgium *IIdum, Dominum Noſtrum Clementiſſimum lætiſſimo recens natæ Maſculæ Prolis adſpectu beârit Lucina Juno, quid impedit, quò minùs id, quod noſtræ curæ eſt & officij, ſubinſulſis aliorum exploſis dicteriis, præſtemus: confidentiſſimâ hâc nixi fiduciâ, Sereniſſimum Avum, Illuſtriſſimumq; Parentem, celſiſſimis curis vacantes, humilioribus hiſce ingravatim ſe imperti-*

*pertituros: Non ſemper enim ſuper Nubes eleva- ta migrat Aquila: remisſioribus nonnunquam pen- nis ad terram deſcendit.*

*Patere verò, Princeps infans, ut inter cuna- rum Tuarum, quod Te circumſtat, miniſterium, herbis & floribus, Romano ritu, ſub myſterio quo- dam, Tuas condecoremus faſcias.* Moly *primus eſt, nigrâ quidem radice & informis frutex, flore ta- men albo notabilis, Ulysſi Duci monſtratus à Mer- curio,* Plin. l. 25. c. 4. Theophr. l. 6. c. 15. Dioſcorid. l. 3. c. 45. Hom. l. 10. Odysſ.

*-- -- -- cum pocula Circes*
*mutaſſent ſocios, ut ſani germinis uſu*
*Innocuus, nec aper fieret, Tygrisve vel urſus,*
*ſetigerive ſuis pars hic lutoſa maneret.*

*Hunc cape, quo latentes hoſtium inſidias & tecta evi- tes pericula, tutusq́ dubiis conſiſtas rebus. Quæ enim paratæ fraudes, quot machinationes & arguti doli bonum circumſtant Ducem,*

*ſeu Patriæ leges, ſeu ſancta urgenda tenaci*
*Religione fides? ſed enim ſi provida cauti*
*Principis adſiſtat ſolio cura, indiga pœnæ*
*abſcedet Furia, & vincet* Prudentia *fraudem.*

*Cumq́ invidia virtutum comes individua, ſcelera- taq́ invidiæ ſoror ſit Calumnia, quæ truculento Mar- ti juncta, horrendo demùm ferro rem decernere ju- bet: Tunc* Forti *utiq́ opus eſt animo,*

-- -- -- quem nulla fatigent
Fulmina, nulla minis ventorum territet ira:

Hîc, ubi Te decente Pietate priùs caſtisq; precibus munieris, hos Palmæ ramos, iisq; Origanum implicitum accipe, validaq; dextrâ ad pectus comprime; Vires enim animo dat illud, utile cordi,

-- -- & vinci neſcia palma eſt.

Talibus præſenti mente uſus, & invidiæ & Calumniæ, non imbellium hoſtium, victor evades fortisſimus, glorioſisſimus.

Adſpectu ſuo vilis pretij eſt Euphraſia: ſed tamen & Virtutis & tantæ planta hæc eſſe fertur potentiæ, ut hebetatam oculorum aciem reparet & acuat, vultumq; jucundum conſtituat. Hanc ipſam Tuis fasciis apponimus, quò Tibi illa conciliet

-- optatos facilesq; precum ſolamina, nutus,
& mitem, & ſuperis ſimilem Clementia reddat:

Ne timeri magis, ac amari velis.

Quem metuunt odêre; at amant in Principe ſemper
Propitios vultus & lumina florida Cives.

Neq; enim ulla vis tàm morigeros & obſequentes reddit homines, ac Clementia: quæ non, ut illa, corpora tantùm, ſed animos ipſos ſubigit ac vincit. His autem noſtris floſculorum donariis quò multo tem-

pore

*pore Publica Res in ſui commodum uti frui queat, duraturis eget annis Vita Tua, ſuæq; canæ quondam ſenectutis poſcit emolumenta. Etenim ſi magna Ducum Nomina Mortalibus fata ſaltem oſtendunt invida, nec longæva ſinunt eſſe illa, plus ea ſanè luctus ac fructus habent. Quartum ergò, quod ô perpetuùm felix ſit! ſalutiferæ* Panaceæ *munus habe, inſignem herbam medicis virtutibus. Nam licet adversùm incautas manus funeſtoq; veneno infecta pocula (tantum prohibe nefas Jupiter!) gentilis Tuæ Rutæ germine armari poſſis: Hâc tamen, quæ eâdem inſimul virtute gaudet, ceu præſentiſſimo remedio & reliquis obviari malis & morbis, membrisq; depulſo languore priſtinus vigor poterit reſtitui.*

*Atverò, parve Puer, quò inſuper & ipſe glorioſum Nomen Alexandri, Conſtantini, Caroli, Witechindi Primi & Ottonis, quos juremeritò ex ſingularibus virtutum argumentis poſtera nec ingrata ætas* Magnos *ſalutavit, Tuum facias: Cognatorum Tuorum; Friderici Primi bellicoſitatem: Secundi Placiditatem: Tertij Prudentiam: Johannis Conſtantiam: Johannis Friderici Magnanimitatem: Alberti, Tritavi Tui, Animoſitatem: Heinrici, Atavi, Pietatem: Auguſti, Abavi, Juſtitiam: Chriſtiani Primi, Proavi, Sapientiam; Secundi, Patrui Magni,*

*ni, Liberalitatem: Johannis Georgij Primi, Avî, (quam nuper Natalitio voto celebravimus:) Fidelitatem: Secundi, Parentis Tui, (quod ipſum totius Aulæ non judicium ſed vox eſt:) Humanitatem apprecamur corditùs, quò & Ipſemet Bellicoſus, Placidus, Prudens, Conſtans, Magnanimus, Animoſus, Pius, Juſtus, Sapiens, Liberalis, Fidelis, Humanus evadas, ſicq; uno Virtutum compendio, dicaris* Maximus. *Nutricum cantus & delitiæ ſint Tibi Exempla Majorum, omnium pulcherrima, quâ vagientes Principes imbuuntur, Disciplina: Comitiis Procerum interſis, & de Republicâ agas Parvus Senator, & domi aut foris ex Tuorum geſtis, quæ aut lecturus aut ſpectaturus es, Totum ediscas tàm bello quàm Pace Sereniſſimum Electorem. Incumbat domeſticæ Inſtitutioni Noſtrorum, quanquam aliàs inviſum, iners & ſterile aliquod fatum, ſi eo Principalis educatio, in quâ ſpes Patriæ & delitiæ decumbunt, poſſit juvari. Quis enim ſua privatim bona cedere nolit Publicæ felicitati? cùm, Plutarchi Teſtimonio, optimè educatus Princeps Populum naturâ alias ferocem, ſuo genio, quo omnes ſibi devincire didicit, indies reddat probiorem.*

*Non imprudens author hîc iis, quibus Poſteritas curæ eſt, ero Ego, qui jugalibus vinculis nondum conſtricti ſunt, ſuaviſſimæ nunc ſe mancipare ſervituti;*

vituti: qui in viduitatem conjecti, maritalis vitæ amplexus amiſerunt, eosdem denuò in ſpem ſubolis ſuſcipiendæ repetere: hâc freti indubitante mente, extiturum Liberis ſuis lucidiſſimum integerrimæ Sapientiæ omniumq; virtutum in hoc juniore Principe ſpeculum, quod fideliſſimè intuiti, non iſti minorem accepti, ac ipſe Juvenis noſter Dux dati Exempli laudem ſibi vendicabunt. Gaudebunt fœcunditate ſuâ matres, & benè ſe merituras de filiis ſuis non dubitent, quibus tale ſeculum ſub tanto cöætaneo Principe obtigit.

Hilareſce ergò & tripudia Ave Senex Parensq́; feliciſſime, de Nepote Natoq́; Tuo, de ſperato altero Electoratus ſucceſſore, expreſſiſſimâ veſtri imagine, hoc ipſo Poſteritati chariores futuri, quòd proſpexeratis, ne deſideraremini. Hilaresce & tripudia caſta Genitrix, quæ tot menſibus auguſti Tui uteri gratiſſimum hoc portaſti onus: Eja, nunc ſuſcipis gravium Tuarum curarum, tot anhelare facientium moleſtiarum, lætiſſimos fructus: Nunc tota Saxonia gaudium ſuum in Tuum effundit gremium: Nunc congratulantium Miniſtrorum Miniſtrarumq́; Cohors in puerperialem lectum irruit, celſiſſimum hunc Infantem avidis exceptura oculis, tenellas Ejusdem deoſculatura genas, omnesq́; deſerviendi artes certantibus exhibitura officiis.

Tute

*Tute interim, Magne Puſio, in cunarum ergaſtulis lineis nexe vinculis, qui ſpes ſumma es & certiſſima hujus Imperii, future Saxonum Jupiter, olim poſt ſera Avi & Parentis Tui fata præficiende Prætorio: creſce, vigeſce, seneſce: Promovendi anni Tui Reipublicæ ſint incrementum: mobiles Tuæ Cunæ ſtabilem reddant ſtatus noſtri ſecuritatem, & iisdem laciniis quietura hæc involvatur: infantiles deniq; vagitus Tui diſerta faciant in laudem Tuam Doctorum virorum ora, quibus totum illud, quicquid paupercula noſtræ deeſt facundiæ, quicquid in votis noſtris non ſatis magnum eſt, relictum volumus & mandamus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0012-9

An die
Durchleuchtige / Hochgebohrne
Fürſtin und Frau /

# Frau Magdalena Sibylla /

## Hertzogin zu Sachſen / Jülich / Cleve und Berg /

Gebohrne Marckgrävin zu Brandenburg und Hertzogin in
Preuſſen / Landgrävin in Düringen / Marckgrävin zu
Meiſſen / auch Ober- und Nieder-Lauſitz / Grävin
zu der Marck und Ravensberg / Frauen
zum Ravenſtein /

Seine gnädige Fürſtin und Frau /

## über die hocherfreuliche Entbindung und Geburth eines jungen Herrleins /

Aus ſchuldigſter Unterthänigkeit
abgelegter Gruß
von

Gottfriedt Finckelthauſen /
J. U. C.

Dresden /
Bergens Druck.
1647.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0013-4

Könt' ich an Zierligkeit der Redner-Kunſt erlangen
So groſſen Theil/ als viel der Freuden hat empfangen
Die Stadt und gantzes Land durch dieſes Fürſten-Kind/
Das unſer Sachſen-Hoff in ſeinen Windeln findt/
Mein Opitz müſte bald mit ſeiner Leyer ſchweigen.
Indem ich aber nicht ſo hoch vermag zu ſteigen
Mit gleicher Wörter-Pracht/ als hoch die Frewde ſich
Bey uns erſtrecken kan/ ſo denck' ich doch an mich/
An meine Pflicht und Schuld/ und will das Werck beginnen/
Als hoch ich ſolches kan mit meiner Fauſt gewinnen/
Die zwar ein ſchlechtes thut. Der iſt aus Holtz und Stein/
Ein rechter Freuden-Feind/ wer itzt erſtummt will ſeyn.
Denn wie durch GOttes Rath muß erſt beſchloſſen werden
Der Heurath Echte Standt/ denn nachmahls hier auff Erden
Vollbringt ein gleiches Paar an gleicher Lieb' und Brunſt:
So wird ingleichen auch durch unſers Himmels-Gunſt
Ein nicht gemeines Kind zu dieſer Welt gebohren/
Das GOttes weiſer Schluß vor andern hat erkohren
Ein frommer Printz zu ſeyn und Herr/ der mit Verſtand
Und Recht regieren ſoll ſein Volck/ Hoff/ Stadt und Land.
Deßwegen muß ich auch von deſſen Meinung weichen/
Der hoher Ankunfft-Stamm dem Stande will vergleichen
Der unſer Pövel führt/ daß auch von ungefehr
Ein Menſch von Blut und Art der Fürſten komme her:
Dieweil nicht unbewuſt/ daß GOtt viel höhe Häuſer
Erweckt und fortgepflantzt/ daraus viel groſſe Käyſer
Und Fürſten kommen ſind/ die/ als ER Sie durch Macht
Und Anſehn höher will vor andern ſeyn geacht/
ER auch vor andern Sie mit höhern Tugend-Gaben
Und Weiſen Sinn/ als ſonſt gemeine Leute haben/
Beſchmückt und ausgeziert/ darmit durch Sie dabey
Ihr untergebnes Reich wohl zu regieren ſey.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0015-5

Hatt nun anitzt/ und ſchon bey unſrer Ahnen Leben
Dem Sachſen Hauß ein Gutt der fromme GOtt gegeben/
Wirds Derer Eines ſeyn/ daß ſolches Erben-Reich/
Die allzeit Männlich ſind/ aus welchen uns zugleich
Der groſſen Helden Art/ die thewre Macht/ entſproſſen/
Die unſer Vaterland hat wohl und recht genoſſen
Zu ſeinem Troſt und Schutz: und wir in Hoffnung ſtehn/
Die werthe Fürſten-Zahl ſoll noch ſtetz höher gehn
Und werden ſonder Zahl. Es müſſen aller maſſen
Die Ahnen hinter ſich jhr Ebenbild verlaſſen/
Theils wegen der Natur/ die reiche Gaben hegt/
Und jhren Kindern wird vollkömmlich eingeprägt:
Theils wegen guter Lehr'/ Exempel und Geſchichte/
Die jhnen mit der Milch und Nahrung/ als ich richte/
Bald werden eingeflöſſt. Man merckts/ wohin es ziehlt/
Wenn itzt das junge Kind mit ſeinen Tocken ſpielt/
Wie ſichs recht wohlgeſchickt zu herrſchen will gewehnen.
Man ſieht die andern nur ſich nach den Vätern ſehnen/
Aus eingepflantzter Arth/ die jhnen lieb und werth:
Dieß ſeinem Vater nach-zu folgen auch begehrt.
Wer aber ſoll und wird mich ſchelten und verdencken/
Daß meiner Feder-Ampt ſich wil zu dieſem lencken
Was jhre Pflicht erheiſcht? Es reibe ſeinen Zahn
An mich und meine Schrifft der/ ders nicht laſſen kan:
Unmittelſt will ich mich in meinen ſchlechten Sachen
Von keinem/ wer er ſey/ nicht irre laſſen machen/
Der ich mich tröſten kan/ und dieß verſichert weis/
Daß/ Edle Fürſtin/ mir noch etwa dieſer Fleiß
Wird Deine Gnad' und Huld einmahl erwuchern mögen.
Und ob ich gleich vorhin gewillt war abzulegen
Das ungelobte Thun/ das offt-gezwungne Lied/
Weil mirs nicht weiter mehr/ als ſonſt vorhin/ gerieth/

Mu[illegible]

Muß ich doch dieſes mahl mein hohes Wort vergeſſen/
Und bin nunmehr durch Dich/ Princeſſin/ ſo vermeſſen
Und Deine Freundligkeit/ die trefflich ſich erweißt/
Dadurch ſich munter macht mein vor entſchlaffner Geiſt.
Die faſt verflammte Gluth muß ſelbſt in ſich erſticken/
Will ſie der Föcher nicht durch ſanffte Lufft erquicken:
Es müſſen durch den Wind die Segel ſchwanger ſtehn/
Soll ein geladnes Schiff wohl auff den Wellen gehn.
Drümb wirſt Du/ Fürſtin/ nicht dieß unſer Werck verachten:
Und wenn Du ſolches ſiehſt/ ſo ſolſt Du diß betrachten/
Daß nicht ein Adler ſtets in hohen Lüfften fleucht/
Weil der zur Erden offt mit ſeinen Flügeln ſteigt.
Du aber mir vergieb/ der ich mich will erkühnen/
In deinen Windeln Dich/ gleich andern/ zu bedienen/
Dich/ theures Fürſten-Kind/ und nim gantz willig ahn/
Den armen Dienſt/ der Dir von uns wird angethan.
Ich will mit Blumen Dich und Deine Wiege zieren/
Mit Kräutern vieler Art/ die gantz verborgen führen
Ein' ungemeine Krafft. Das erſt' iſt unbekandt
Bey uns an ſeiner Frucht/ wird MOLY ſonſt genandt/
Sein Wurtzel-Stamm iſt ſchwartz/ die Blüthe weis zu ſchauen:
Das gab der Gott Mercur Ulyſſen im Vertrauen
Vor Circens Zauberey/ als der vergiffte Tranck
Dem mit gereiſtem Volck' in alle Glieder ſanck/
Und das in einen Wolff/ in Beer und Schweinsgeſtallten
Verſtaltet muſte ſeyn. Das ſoll Dich ſicher halten
Vor alle Feindes Liſt/ ſo Dir wird angedräut.
Es hat ein frommer Fürſt viel Wiederwertigkeit
Zeit Lebens auszuſtehn. Drümb iſt Ihm wohl zu rathen/
Daß Er behutſam ſey in allen ſeinen Thaten:
Klug und vorſichtig ſeyn den jungen Printzen ziert:
Nimmt der ſich nicht in acht/ ſo iſt Er bald verführt.

Dieweil auch Haß und Neid iſt aller Tugend Gaben
Alß ein Geferth und Knecht ſtetz ihnen nachzutraben/
Dabey jhr nechſter Freund/der Hohn und Schmach ſich findt/
Wodurch ſich offt ein Streit und wilder Krieg entzündt/
Als wil von nöthen ſeyn allhier vor allen dingen
Ein unerſchrocknes Hertz/ dieß alles zubezwingen/
Das ſich hält iederzeit getroſt und ſteiff und feſt/
Und ſich durch keinen Trotz noch Dräuwort brechen leſt.
Im fall ſich nun/ O Kind/ ein ſolcher Feind gefunden /
So nimm den Palmen-Aſt / darümb ſich hat gewunden
Das Kräutlein Wohlgemuth: das halt' an deine Bruſt/
Es ſtärckt dein Hertz und Haupt mit groſſer Krafft und Luſt.
Der Zweig verheiſt den Sieg/ den Du ſtetz ſolſt gewinnen/
Wenn Haß/ und Neid/ und Hohn und Krieg was anzuſpinnen
Sind wieder Dich bedacht. Du kanſt dadurch allein/
Wenn Du ſie dämpffen wirſt/ jhr Uberwünder ſeyn.
Vom Anſehn iſt gering das Augen-Troſt zu achten:
Doch wenn ich ſeine Krafft und Würckung will betrachten/
So iſt es gut und werth: Es macht das Antlitz clar/
Schärfft ſeiner Augenſchein/ der gantz verdunckelt war.
Dieß Kräutlein will ich auch in Deine Wiege ſchütten /
Auff daß Du dem Gebeth und der Beträngten bitten
Ein Auge geben mögſt/ das aller Tyranney
Ein abgeſagter Feind/ und huld und gütig ſey:
Darmit Dich nicht dein Land mehr fürchten mög'/ als lieben.
Ein Volck/ das nur allein zu fürchten wird getrieben
Den Herrn/ das haßt Ihn auch. Wenn dieſer freundlich thut/
So macht Er ſich geneigt der Seinen Hertz und Muth.
Auff daß nun mit der Zeit der Chur und Lande Sachſen
Mög'/ als es ieder wüntſcht/ viel Frucht und Nutz zuwachſen/
Durch dieſe Kräuter-Krafft/ daraus der Tugend Lohn/
Das Lob/ Dein eigen wird/ ſo darffſt Du/ kleiner Sohn/
Viel

Viel langer Jahre Friſt zu deinem jungen Leben.
Denn/ iſt dem Lande gleich ein frommer Fürſt gegeben/
Der doch bald fällt dahin/ was hilfft es ſeiner Stadt/
Die nur umb ſeinen Todt mehr Leids/ als Freude hat?
Drümb will ich noch dazu Dir über diß ertheilen
Ein hochgerühmtes Kraut/ ſo alles weis zu heilen/
Was ſeinen Schaden klagt. Ob gleich die Raute dient/
Dein hoher Wapenſchmuck/ die allzeit blüht und grünt/
Vor eingeſoffnen Gifft/ kan doch ein mehrers nützen
Die Panace/ unnd Dich vor alle Kranckheit ſchützen/
Die Menſchen tödten mag. Es giebt jhr grüner Safft
Den Gliedern-friſchen Geiſt/ und neue Lebens-Krafft.
Darmit Du aber Dir/ O Kind von Fürſten Sahmen!
Gantz eigen machen kanſt der Alexanders Nahmen/
Wie Conſtantin vor Dir/ der Carl/ und Wittekind
Der Erſt'/ und Otto hieß/ die/ wie man ſchrifftlich findt/
Durch Ritterliche Fauſt vor vielen langen Jahren
Im Krieg' und Streit berühmt und hochgehalten wahren/
Darümb man nachmahls Sie die Groſſen hatt genannt;
So wüntſch' ich Dir zu erſt die allzeit tapffre Hand
Des Erſten Friederichs/ wenn Kriege ſind zuführen:
Des Andern Gütigkeit: die Weißheit zu regieren
Des Dritten: des Beſtand Johanſens in der Lehr':
Vnd Hanſen Friedrichs Muth/ der Jhm ie mehr und mehr
Im groſſen Vnglück wuchs: das treffliche Beginnen
Des Albrechts/ wie man weiß/ durch ſtetzbehertzte Sinnen:
Des Heinrichs Gottesfurcht: ſambt der Gerechtigkeit/
Wodurch Auguſtus ſich ein Lob zu ſeiner Zeit/
Ein groſſes Lob/ gemacht: Den klug-und weiſen Handel
Des Erſten Chriſtians/ in allem Thun und Wandel:
Des Andern milde Fauſt: der Treue Ruhm und Preiß/
Davon der Sachſe ſich mit recht zurühmen weiß/



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0019-1

Der Dich / Du Fürſten Sohn / muß ſeinen Enckel nennen:
Vnd was auch alle wir an deinem Vater kennen
Das hoch zuſchätzen iſt / an dem ſich clar erweiſt
Ein from̃ und ſanffter Sinn / durch den Er Freundlich heiſt.
Im fall nun mit der Zeit Du alle dieſe Gaben
Dir haſt bekandt gemacht / die Deine Väter haben /
So biſt Du dann gewiß ein gantz vollkommner Fürſt /
Der Du von uns mit recht der Gröſte heiſſen wirſt.
Inmittelſt laß Du Dir der Ahnen Thun und Weſen /
Das Du theils ſchauen wirſt / theils aus den Büchern leſen /
Des Lebens Regul ſeyn. Merck auff und nimm in acht /
Wie jhre junge Zeit nicht nur ſey zugebracht
Jnfrecher Vppigkeit. In Ritterlichen Tathen
Beſtand jhr Meiſter-Fleiß / wie weißlich ſey zurahten
Der allgemeinen Noth: Das war jhr Zweck und Ziel /
Die angebohrne Luſt / und unverdroßnes Spiel.
An denen / die aus uns / als Vätern / ſind gebohren /
Sey künfftig alle Lehr' und guter Fleiß verlohren /
Sey unrecht angewandt / im fall dadurch allein
Mag Deiner Fürſten-Zucht mit Nutz geholffen ſeyn.
Denn welcher unter uns wird ſein ſo thumm zu ſchätzen /
Der ſeinen eignen Nutz gedächte vorzuſetzen
Des Landes Wohlergehn? das er zu ieder friſt /
Vnd bringts jhm gleich Verluſt / zu fördern ſchuldig iſt:
Weil auch ein frommer Fürſt / der wohl iſt aufferzogen /
Offt ſein unbändigs Volck zur Tugend hat bewogen
Durch ſeinen guten Sinn: denn was dem Herrn gefällt /
Das lobt der Knecht / der ſich zu folgen fertig hält.
Itzt ſoll ſich allererſt die junge Mannſchafft pahren /
Die nicht das ſüſſe Joch der Ehe hat erfahren /
Vnd die der Wittberſtand in Trauren hat geſetzt /
Vnd weiter nicht / als vor / vergünte Luſt ergötzt /

Darmit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0020-3

Darmit ſie bald aus ſich die Leibes-Frucht erziehlen/
Die hier mit unſerm Kind' und Fürſten lerne ſpielen/
Und jhm zu allerzeit ſey nah' und beygethan/
Und merck' an ſeinem Thun von ſeiner Wiegen an
Die Tugend/ die in Jhm ſich reichlich wird erweiſen.
Die Söhne werden auch die Mutter ſehlig preiſen/
Die ſie gebohren hat zur Welt in ſolcher Zeit/
Wo ein ſo junger Fürſt ſich übt in Freundligkeit/
Der ſtetz will gütig ſeyn/ gerecht in frommen Sinnen:
Sie werden Schertz und Luſt in Fröhligkeit beginnen/
Daß ſie ein ſolcher Herr/ der aller Gaben voll/
Mit Sanfftmuth/ und Verſtandt/ und Recht regieren ſoll.
Wohlan/ ſo kommt und laßt uns Ewre Freude hören/
Jhr Groß- und Eltern Jhr: itzt könnt Jhr Euch vermehren
Durch Euern kleinen Sohn/ der Euer Ebenbild/
Den auch der Himmel hat mit Gaben angefüllt/
Als Euern reichen Geiſt. Nun könnt Jhr ja nicht ſterben:
Denn wer durch Kinder lebt/ der kan ſich recht erwerben
Ein Leben ſonder Todt. Und Du/ Dir ſprech ich zu/
Princeſſin/ keuſches Weib/ Du neue Mutter Du;
Nimm hin der Sorgen Danck/ den Lohn der bittern Schmertzen/
Die Du ſo lange Zeit trugſt unter Deinen Hertzen
Das werthe ſchöne Kind: nimms ein in deinen Arm/
Und halts/ wie ſichs gebührt/ in Windeln weich und warm/
Und laß es keinen Fall noch böſes Thier erſchrecken/
Auch etwan nicht zu bald vom ſüſſen Schlaff' erwecken:
Leid/ Kranckheit/ böſe Lufft ſey gantz von Jhm verbannt/
Und blindes Hexenwerck verflucht und abgewandt.
Dir aber müß es ſtetz in allen deinen Dingen/
Du Hoffnung unſrer Zeit/ O Kleiner! wohlgelingen:
Werd' alt und langſam grau. GOtt laß' es auch geſchehn/
Daß wir einmahl durch Dich die güldnen Zeiten ſehn.

Das

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0021-9

QK Vc 5088

Das nimmer ſtille=ſeyn und wancken deiner Wiegen/
Schaff' uns/ daß unſer Land mög' allzeit ruhig liegen/
Vnd in den Windeln auch/ die Dich/ Kind/ ſchlieſſen ein/
Könn' ewig eingehüllt/ und drinnen ſicher ſeyn.
Jngleichen ſoll bey uns Dein Weinen und Dein Lachen/
Jn Deiner Kinder=Zeit/ beredt und fertig machen
Gelehrter Leute Mund: darmit wird Dir bereit
Durch reiches Lob der Weg zur güldnen Ewigkeit.
Das wird unfehlbar Dich biß an die Sternen tragen:
Von Dir wird Sud und Oſt und Nord und Weſten ſagen:
Es wird durch jhren Dienſt ſeyn eingebracht mit fleiß/
Was mir itzt iſt verſagt/ und ich nicht kan noch weiß.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0022-4

ULB Halle 3
004 806 344

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0023-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0024-5

… atigent
… n territet ira:
Hîc, ub … precibus mu-
nieris, b … m implicitum
accipe, … rime; Vires
enim a …
… lma eſt.
Talibus … liæ & Calum-
niæ, n … vades fortiſſi-
mus, g …
… uphraſia: ſed
tamen … eſſe fertur po-
tentiæ, … eparet & acu-
at, vul … Hanc ipſam
Tuis fa … nciliet
… mina, nutus,
& … entia reddat:
Ne tim …
… in Principe
… a Cives.
Neq; en … ſequentes red-
dit hon … n, ut illa, cor-
pora ta … vincit. His
autem … ò multo tem-
pore

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-30542-p0025-1